

Ab urbe condita per annos quadringentos quadraginta <sup>4</sup>  
 unum contenti fuerunt Romani usu aquarum, quas aut  
 ex Tiberi aut ex puteis aut ex fontibus hauriebant.  
 fontium memoria cum sanctitate adhuc extat et colitur:  
<sup>5</sup> salubritatem aegris corporibus adferre creduntur, sicut  
 Camenarum et Apollinaris [in] et Iuturnae. nunc autem  
 in urbem confluunt aqua Appia, Anio vetus, Marcia,  
 Tepula, Iulia, Virgo, <Alsietina> quae eadem vocatur  
 Augusta, Claudia, Anio novus.

<sup>10</sup> M. Valerio Maximo P. Decio Mure consulibus, anno <sup>5</sup>  
 post initium Samnitici belli tricesimo aqua Appia in  
 urbem inducta est <ab> Appio Claudio Crasso <cen>sore,  
 cui postea <Caeco> fuit cognomen et viam. Ap-  
 piam <a porta> Capena usque a<d urbem> Capuam mu-  
<sup>15</sup> nienda<in> curavit. collegam habuit C. Plautium, cui ob  
 inquisitas eius aquae venas Venocis cognomen datum  
 est. sed quia is intra annum et sex menses deceptus a  
 collega tamquam [ib]idem facturo abdicavit se censura,  
 nomen aquae ad Appii tantum honorem pertinuit, qui  
<sup>20</sup> multis tergiversationibus extraxisse censuram traditur,  
 donec et viam et huius aquae ductum consummaret.  
 concipitur Appia in agro Lucullano via Praenestina inter  
 miliarium septimum et octavum deverticulo sinistrosus  
 passuum septingentorum octoginta. ductus eius habet  
<sup>25</sup> longitudinem a capite usque ad Salinas, qui locus est ad  
 portam Trigeminam, passuum undecim milium centum

6 Camoenarum *Ded* caminaras C (Camenalis?) inetiūne  
 (ex dittographia) C 7 Anio] quā C 8 <Alsietina> 10  
 fere litterarum spatium in C 10 ualerius maximus C 11 tri-  
 cesimo Buech (praeunte Sigonio fast. Rom. p. 85) uicesimo C  
 12 ab om. C cen in censore add. posterior manus 13 Caeco  
 suppl. Joc] 7 fere litterarum spatium in C post cogno-  
 men 8 fere litt. spat. in C 14 <a porta> 8 fere litt.  
 spat. in C usq̄ a (7 litt. spat.) capuā C munienda C  
 15 plantū C 17 his C 18 ibidē C 21 c̄sumaret C 22 lu-  
 culano C p̄nestrina C (Collatinam esse affirmat Lanc  
 p. 247)